



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Reiffenstuel, Anaklet

Monachii, 1699

III. Quid sit Commodatum, Precarium, & Depositum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206

QUÆSTIO III.

Quid sit Commodatum, Precarium, & Depositum?

Commoda.
rum, quid?

CONCL. I. *Commodatum est alicuius rei ad aliquem specialem usum gratuitò facta concessio. Ita Glossa cap. un. §. Commodatum, de Commodo, ètque in re communis.* Ubi tamen notandum, quod hic Commodo definiatur, prout sumitur pro contractu: subinde enim Commodo accipitur etiam pro ipsa re commodata. Et quidem is, qui rem suam alteri commodat, dicitur *Commodator*, seu *Commodans*; qui vero accipit rem ab alio sibi commodatam, appellatur *Commodarius*: & idem dicendum de *Depositario*, *Mutuatario*, & alijs hujusmodi terminis.

27. Dicitur in primis in data definitione, *alicuius rei*. Intellege, sive ea immobilis sit, utputa domus, aut stabulum: sive mobilis, praesertim quæ usu non consumitur, licet minuatur seu atteratur; ut equus, vestis, vasæ &c. hæc enim omnia commodari possunt, L. i. ff. *Commodati*. Et additur, *gratuitò facta concessio*: in hoc siquidem differt Commodo à Locatione: nam res tunc propriè intelligitur commodata, si nullâ mercede acceptâ cuiquam utenda traditur; alioquin mercede interveniente locatus usus rei videtur. *Gratuitum enim Commodo esse debet*, uti notatur §. *Item, 15. Instit. Quibus modis re contrahitur obligatio*.

28. Dicitur ulterius, *ad usum*. In hoc quippe Commodo differt à Pignore, & Deposito, quorum usus non conceditur: nam si creditor Pignore, vel *Depositarius* re deposita, domino invito utatur, furtum committit, §. *Furtum autem. Instit. de Obligationibus, qua ex delicto &c.* Deinde per hoc differt Commodo à Mutuo, utpote in quo rei date dominium transfertur; in Commodo vero solus usus, dominio aut possessione penes *Commodantem* remanente. Additur vero, *ad aliquem specialem usum*. Non enim licet uti re commodata ad alium usum, quam ad quem concessa est, arg. cap. un. de *Commodo*, ibi: *Nisi post usum expletum, enjus gratiâ res fuerat commodata; & alibi*.

29. CONCL. II. *Precarium est, quod preciis petent utendum conceditar, quamvis is, qui concessit, patitur.* Ita habetur L. i. ff. de *Pecario*, ètque communis. Unde *Pecarium* fermè convenit cum *Commodo*, cum utrumque gravis fiat: differt tamen à Com-

Quomodo
differt à
Locatione,

Pignore, &
Deposito,

Pecarium,
quid?

Commodato in hoc, quod Commodatum fiat ad certum tem-
pus, vel certum usum, ita ut anteà res commoda à domino re-
peti non possit, eo autem finito restituenda sit, quamvis non re-
petatur; cùm dies statuta pro domino interpellet, cap. ult. de Locato,
& alibi. Econtra Precarium quounque tempore revocari po-
test: nam qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus,
cùm sibi libuerit, cit. L. 1. ff. de Precario. Intellige, dummodo non
statim revocetur sine cogente necessitate: ne frustra & illusoriè
concessum videatur, ac beneficium alicui præstatum, ipsi damno-
sum existat.

31. CONCL. III. Depositum est, quod custodiendum alicui datur. *Depositum,*
Ita habetur L. 1. ff. *Depositum.* Et quidem Depositum regulariter fit *quid?*
gratiâ solius deponentis, & nullâ mercede dataâ vel promissâ:
aliоquin si pro custodia rei detur merces, jam hoc casu Depo-
situm transibit in contracsum Locationis & Conductionis; cùm
Depositarius accipiens mercedem, censeatur operas suas ad rem
custodiendam alteri locâsle, ut dicitur cit. L. 1. §. si vestimenta. ff. *De-
positi.*

32. CONCL. IV. Si Depositarius re depositâ sine expressa, *Depositaria*
vel rationabiliter præsumpta domini licentia utatur, aut ipsam *rius re de-*
alienet, peccat, & furtum committere censetur. Ita habetur *positâ u-*
l. Si saccum. ff. Depositi. & §. Furtum autem, Instit. de Obligationibus, *tens fine li-*
qua ex delicto nascuntur, cum concordantijs. Ratio est: quia usus *centia, pcc-*
rei non est iphi concessus, sed tantum res ipsa, ut eam custodiat. *cat.*

33. Additur tamen, *sine expressa, vel rationabiliter præsumpta do-* Limitatur
mini licentia. Siquidem quando Depositarius bona fide existi- Conclusio-
mat, domino id non displicere, si utatur re depositâ, jam non posita u-
peccabit utendo, nec furti actione tenebitur; idque multò ma-
gis dicendum, si dominus expressam utendi licentiam concesse-
rit. Addit Lessius lib. 2. cap. 27. n. 5. quando Depositum est res
usu consumptibilis, v. g. triticum, vinum &c. & Depositarius
certus est, se, quando Depositum repetetur, paratum habitu-
sum aliud ejusdem mensuræ & bonitatis, tunc non fore pecca-
tum, saltē mortiferum, uti Deposito, & illud alienare: quia
nullum incommodum taliter irrogatur deponenti, unde is
rationabiliter censetur non esse
invitus.

Nnn

QUÆ.